

grum diem à cibo, triduum à vino abstinent, inquit Volater. lib. 45, c. 4. Qui velebant sacris isidis iniustiari, illis jejuniū 10 dierum indicabatur, teste Apuleio lib. 11. Quin et laici christiani olim ante et post sumptionem S. Eucharistie jejuniū et abstinentia secesserent, teste S. Chrys. in ep. 41, ad Cor. Ludovici Pii imp. agrotanis cibos per quadragesima dies non erat aliud quam dominicum corpus: testis est Aimoia. lib. 5, cap. 29. Zezo imp. in electione episc. Constantiopolitanū toti populo jejuniū quadragesima dierum indixit, teste Nicēph. lib. 16, 18.

Porrò de vino extat Alcīati emblemā 24 :

Prudenter vino abstinent :

Quid me vexatis, ramū? sum Palladīs arbor,
Auferte hinc botros, virgo fugat Bromium

Et Homer. I Epigram.

Vinum et Balnea et circa venerum amor,
Per velociorē riam mīlit in infernum.

Et Horat. 1 Epist. 5 :

Quia non ebrietas designat? operta recludit,
Spes jubet esse ratus, in prælia trudit inermem.

Putat S. August. q. 51, Aaronem, et quemlibet pontificem ei succedentem, nunquam potuisse bibere vinum et siceram, eo quod pontifex, inquit, singulis diebus debebat intrare tabernaculum, ut adolperet in censum. Sed nūlū falso fundamento: putavit enim S. Augustin. altare thymiamatis suis in Sancto sanctorum, in quod solus pontifex ingredi poterat, ac consequenter putat ipse solum pontificem potuisse adolare thymiamam. Verum Exodi ult. demonstravi altare thymiamatis non suis in Sancto sanctorum, sed in Sancto, ac consequenter quemlibet sacerdotem potuisse in eo offere thymiamam, ut expressè dicitur 1 Paral. 6, 49; et 2 Paral. 26, 18. Ita Rudolph.

Vers. 11. — *PER MANUM MOysi, per Mosen.*

Vers. 12. — *TOLLITE SACRIFICIUM, farreum. Hebr. enim est minchah, quod Aquila, teste Ischylio, verit. domum frumenti; vide dicta c. 6, 16 et 17.*

Vers. 13. — *QUOD DATUM EST TIBI ET FILIS TUS DE ORATIONIBUS. Hebr. de ignitionibus, id est, de victimis ignitis, vel igne crematis Domino.*

Vers. 14. — *EDETIS IN LOCO MUNDISSIMO. Hebr. mundo, id est, sancto, ut vertunt Septuag. et sacrificii dicato; videlicet in atrio tabernaculi iuxta altare holocaustorum.*

Tibi enim ag. liberis tuis deposita sunt (hebreæ data sunt, scilicet à Deo, qui ita sanxit) de nostis salutaribus, id est, de hostiis pacificis, que pro pace, id est, salute et prosperitate, offeruntur.

Vers. 15. — *EO QUOD ARMUM ET PECTUS, ET ADIPES, QUI CREMENTUR IN ALTI ELEVANTUR CORAM DOMINO, q. d.: Quia ex hostiis pacificis sacerdotes speciali ceremoniā elevaverunt milia armum et pectus cum adipibus (Hebr. cam ignitionibus, id est, cum oblationibus adipum, qui igne Deo cremandi sunt), ita ut hæc tria measint, cùm reliqua carnes hostie cedant ipsi laici offerentibus; hæc de causa volo, ut properante elevationem, et ministerium sacerdotum, hæc*

tria nobis utrisque cedant; sed ita ut adipes militi adolescentur, armus vero et pectus cedant sacerdotibus in cubum.

Vers. 16. — *INTER HIC HINCUM QUI OBLATES FURAT PRO PECCATO (populi, c. 9, 45) CUM QUERERET MOSES, EXISTEM REPEKIT, eò quod Aarōn et filii ejus, recenti shortum clade percussi et mortui, hincum hunc pro peccato comedere non possent, uti debebant iusta legem latam c. 6, 26, idéoque consenserunt hincum comibundremus, uti et carnes alii Deo oblatas ipsi residuas Deus comburi jussaret c. 7, 17.*

In statu contra Eleazar et Ifaham. Aaron patrem omitti, quia magis cum quam fratres tangebat mortis filiorum, videlicet cum morte absorptum.

Vers. 17. — *CUR NON COMEDIS BOSTIAM PRO PECCATO IN LOCO SANCTO, QUA SANCTA SANCTORUM (videlicet sancta) est, ET DATA VOBIS UT PORTETIS INQUITATEM MULTITUDINEM? Ut scilicet cum hostiis populi pro peccato simul etiam populi peccata in vos quasi recipiatis, ut illa explicit, et pro eorum venia Deum deprecemini.*

Vers. 18. — *PRESERTIM CEM DE SANGUINE ILLIUS NON SIT ILLATUM INTRA SANCTA. Vox presertim, hic non est exceptiva, sed expposita et rationalis. Patet ex Hebr., Chald., Sept., q. d.: Omnimodo oportuit vos, o sacerdotes, comedere hincum pro peccato oblatum: nam de sanguine illius non est illatum intra sanctuarium, nec aspersum altare thymiamatis. Talis enim hostia comedendi debet à sacerdotibus; illa vero cuius sanguis infibetur intra Sanctum, non comedatur, sed tota comibundatur extra estra, ut dictum est c. 50.*

Vers. 19. — *QUOMODO POTU COMEDERE EAM? Hebr. Si comedissem hodi sacrificium pro peccato, an bonum fuisset? id est, an placueret in oculis Domini? q. d.: Minime placueret, si hoc tempore haec ceremoniam conmemoris servass̄em: nam in tantâ meorum strage et ira Dei, potius tempus est, mororū et jejuniū quam leuitas et epulli, vel convivii; quam exactionem et satisfactionem ut justus probavit et acceptavit Moses. Recit enim Agesilaus, cùm subiti nocte movens castra cogeret amicos aegrum à tergo relinquere, dixit: Tali casu difficile est simul misereri et sapere.*

Moraliter, discamus hic à Mose in ira et injurya facili excusationem admittere, misericordi, animunque lenire, et ad indulgentiam compone. Est enim hæc ira victoria, mansuetudo et clementia animi principis et regi. Ita Seneca lib. 2 de Irā c. 50,hortatur, ut si quid ab aliquo patiatur, excusemus. Puer, inquit, est? et alius donetur: nescit an peccat. Pater est? aut tantum profuit, ut illius jam injurya jus sit; aut fortassis ipsum hoc meritorum ejus est, quo offenditur. Mulier est? errat. Jesus est? necessitatī quis nisi insipiens successit? Lazarus est? non est injurya pati quod prius feceris. Iudeus est? plus illius credas sententie, quam tu. Rex est? si nocenter puniri, cede justitia: si innocent, cede fortuna. Mutum animal est, aut simile mutu? imitator illud, si trasceris. Morbus est, aut calamitas? ergo levius transfilis suscit-

mentem. Deus est? tam pordis operam si trasceris, quād tum illum alteri precaris iratum. Bonus vir est, qui injuriam fecit? Noli credere: malus? noli mirari.

Symbol. S. Ambros. ad Simplicianum, explicans hoc Aaronis dictum, docet terrari excusationem esse pronam, ponentiam vero difficultatem. Nihil, inquit, peccare, solus Dei est: penitentiam gerere peccati, quia adoranda insipit, et prius examinat quid decorum et honestum. Pigra igitur et verecunda est penitentia: solis enim intendit futuris, quorum spes scra, tardia fructus.

CAPUT XI.

1. Locutusque est Dominus ad Moysem et Aaron, dicens:

2. Dicite filiis Israel: Hic sunt animalia que comedere debetis de cunctis animalibus terre.

3. Omne quod habet divisam ungulū, et ruminat in pecoriibus, comedet.

4. Quidquid autem ruminat quidem, et habet ungulem sed non dividit cūm, sicut camelus et cetera, non comedet illud, et inter immundā reputabitur.

5. Chœrogrylus qui ruminat, ungulārum non dividit, immundus est.

6. Lepus quoque; nam et ipse ruminat, sed ungulem non dividit.

7. Et sus, qui cūm ungulā dividat, non ruminat.

8. Horum carnibus non vescemini, nec cadavera contingitis, quia immunda sunt vobis.

9. Hic sunt que gigantū in aquis, et vesci licetum est: Omne quod habet pinnales et squamas, tam in mari, quād in fluminib⁹ et stagnis, comedetis.

10. Quidquid autem pinnales et squamas non habet, eorum que in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis,

11. Execrandumque erit: carnes eorum non comedetis, et morticinia vitabis.

12. Cuncta que non habent pinnales et squamas in aquis, polluta erunt.

13. Hic sunt que de avibus comedere non debetis, et vitanda sunt vobis: Aquilam, et gryphem, et halizetum.

14. Et milvum, ac vulturem iuxta genus suum;

15. Et omne corvū generis in similitudinem suam;

16. Struthionem, et noctuam, et larum, et accipitrem iuxta genus suum;

17. Bubonem, et mergulū, et ibin;

18. Et cygnum, et onocrotalum, et porphyriōnem;

19. Herodionem et charadriam iuxta genus suum; upupam quoque, et vespertilioem.

20. Omne de volucribus quod gradit super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retrò crura, per qua sali super terram,

22. Comedere debetis, ut est brachus in genere suo, et attachas atque ophiomachus, et locusta, sinula iuxta genus suum.

23. Quidquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabilis erit vobis.

turus præsentia, et violenta moderatis, et plura paucioribus, et jucunda serii, et asperis molliis, et tristibus letis, et illecebrosa rigidiornis, et propria tardioribus. Velox enim est iniquitas, quia opere cogitationem anteverit. Lenta autem virtus, et diuturna cunctatrix, quia adoranda insipit, et prius examinat quid decorum et honestum. Pigra igitur et verecunda est penitentia: solis enim intendit futuris, quorum spes scra, tardia fructus.

CHAPITRE XI.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Déclarez ceci aux enfants d'Israël : Entre tous les animaux de la terre, voici quels sont ceux dont vous mangerez.

3. De toutes les bêtes à quatre pieds, vous pourrez manger celles dont la corne du pied est fendue, et qui ruminent.

4. Quant à celles qui ruminent, mais dont la corne du pied n'est point fendue, comme le cheameau et les autres, vous n'en mangerez point, et vous les considérez comme impurs.

5. Le lapin qui ruminne, mais qui n'a point la corne fendue, est impur.

6. Le lièvre aussi est impur, parce que, quoiqu'il ruminne, il n'a point la corne fendue.

7. Le porc égal aussi est impur, parce que, quoiqu'il ait la corne fendue, il ne ruminne point.

8. Vous ne mangerez point de la chair de ces bêtes, et vous ne toucherez point à leurs corps morts parce que vous les tiendrez comme impurs.

9. Voici celles des bêtes qui naissent dans les eaux, dont il vous est permis de manger : Vous mangerez de tout ce qui a des nageoires et des écailles, tant dans la mer, que dans les rivières et dans les étangs.

10. Mais tout ce qui se remue et qui vit dans les eaux, sans avoir des nageoires ni d'écailles, vous sera en abomination et en exécration.

11. Vous ne mangerez point de la chair de ces animaux, et vous n'y toucherez point, lorsqu'ils seront morts.

12. Tous ceux qui n'ont point de nageoires ni d'écailles dans les eaux, vous seront comme impurs.

13. Entre les oiseaux, voici quels sont ceux dont vous ne mangerez point, et que vous aurez soin d'éviter : L'aigle, le griffon, le faucon,

14. Le milan, le vautour, et tous ceux de son espèce ;

15. L'autruche, le hibou, le larus, l'épervier, et toute son espèce ;

16. Le chat-huant, le cormoran, l'hibis,

17. Le cygne, le butor, le porphyriōn,

18. Le héron, la cigogne, et tout ce qui est de la même espèce, la hupe et la chauve-souris.

20. Tout ce qui vole et qui marche en même temps sur quatre pieds, vous sera en abomination.

21. Mais pour tout ce qui marche sur quatre pieds, et qui ayant les pieds de derrière plus longs, saute sur la terre,

22. Vous pouvez en manger, comme le brachus, selon son espèce, l'attacus, l'ophiomachus et la sauterelle, chœun selon son espèce,

23. Tous les animaux qui volent et qui n'ont que quatre pieds, vous seront en exécration,

24. Et quiemque morticina eorum tetigerit, polueretur, et erit immundus usque ad vesperum.

25. Et si necesse fuerit ut portet quipiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad occasum solis.

26. Omne animal quod habet quidem ungulum, sed non dividit eam, nec ruminat, immundum erit; et qui tetigerit illud, contaminabitur.

27. Quod ambulat super manus, ex cunctis animantibus que incedunt quadrum, immundum erit; qui tetigerit morticina eorum, polluet usque ad vesperum.

28. Et qui portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum, quia omnia haec immunda sunt vobis.

29. Hec quoque inter polluta reputabuntur de his que moventur in terra: mustela, et mus, et crocodilus, singula juxta genus sum;

30. Mysale, et chamaeleon, et stellio, et lacerta, et talpa:

31. Omnia haec immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum;

32. Et super quod occidetur quidquam de morticinis eis, polluet, tam vas ligneum et vestimentum, quam peltis et cilicium: et in quoquecum sit opus, tingentur aqua, et polluta erunt usque ad vesperum, et sic postea mundabuntur.

33. Vas autem fistile, in quod horum quidquid intrò occidetur, polluet, et idcirco frangendum est.

34. Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: et omne liquens quod libabit de universo vase, immundus erit.

35. Et quidquid de morticinis hujuscemodi occidetur super illud, immundus erit: sive cibani, sive chytrypodes, destruerunt, et immundi erunt.

36. Fontes vero et cisterne, et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluet.

37. Si occidetur super semensem, non polluit eam.

38. Si autem quispiam aqua semensem perfidierit, et postea morticinis tacta fuerit, illuc polluet.

39. Si mortuum fuerit animal, quod fecit vobis comedere, qui cadaver eius tetigerit, immundus erit usque ad vesperum;

40. Et qui comedet ex eo quipiam, sive portaverit, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.

41. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

42. Quidquid super petens quadrupes graditur, et multos habet pedes, sive per humum trahitur, non comeditis, quia abominabile est.

43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.

44. Ego enim sum Dominus Deus vester: sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne pollutatis animas vestras in omni repellit quod movetur super terram.

45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terrâ

24. Quiconque y touchera lorsqu'ils seront morts, sera souillé, et il demeurera impur jusqu'au soir, et incapable de participer aux choses saintes.

25. Que s'il est nécessaire qu'il porte quelqu'un de ces animaux quand il sera mort, il laverà ses vêtements, et il sera impur jusqu'à son conche du soleil.

26. Tout animal qui a de la corne au pied, mais dont la corne n'est point fendue, et qui ne rongue point, sera impur; et celui qui l'aura touché après sa mort, sera souillé.

27. Entre tous les animaux à quatre pieds, ceux qui ont comme des mains sur lesquelles ils marchent, seront impurs; celui qui y touchera lorsqu'ils seront morts, sera souillé jusqu'au soir.

28. Celui qui portera de ces bêtes lorsqu'elles seront mortes, laverà ses vêtements, et il sera impur jusqu'au soir, parce que tous ces animaux sont morts.

29. Entre les animaux qui se meuvent sur la terre, vous considérez encore ceux-ci comme impurs; la houlette, la souris et le crocodile, chacun selon son espèce;

30. La musaraigne, le caméléon, le stellion, le lézard et la taupe.

31. Tous ces animaux sont impurs; celui qui y touchera lorsqu'ils seront morts, sera impur jusqu'au soir;

32. Et si l'on tombe quelque chose de leurs corps morts sur quoi que ce soit, il sera souillé, soit que ce soit un vaisselle de bois, ou un vêtement, ou des peaux et des ciseaux; tous les vases dans lesquels on fait quelque chose, seront lavés dans l'eau; ils demeureront souillés jusqu'au soir, et après cela ils seront purifiés.

33. Mais le vaisseau de la terre dans lequel quelque chose de ces choses sera tombée, en sera souillé; c'est pourquoi il faut le casser.

34. Si l'on répand de l'eau de ces vaissances souillées, sur la viande dont vous mangerez, elle deviendra impure; et toute liqueur qui peut se boire, sortant de quelques-unes de tous ces vaisseaux impurs, sera souillée.

35. Si l'on tombe quelque chose de ces bêtes mortes sur quoi que ce soit, il deviendra impur; soit que ce soient des fourneaux ou des marmites, ils seront consacrés impurs, et seront rompus.

36. Mais les fontaines, les cisternes, et tous les réservoirs d'eau seront purs; celui qui touchera les charognes des animaux deont an a part, sera impur.

37. Si l'en tombe quelque chose sur la semence, elle ne sera point souillée.

38. Mais si quelqu'un répand de l'eau sur la semence, et qu'après cela elle touche à une charogne, elle sera aussitôt souillée.

39. Si un animal de ceux qu'il vous est permis de manger, mourra de fitis-méme, celui qui en touchera la charogne, sera impur jusqu'au soir;

40. Celui qui en mangera, ou qui en portera quelque chose, lavera ses vêtements, et sera impur jusqu'au soir.

41. Tout ce qui rampe sur la terre sera abominable, et on n'en prendra point pour manger.

42. Vous ne mangerez rien de ce qui, ayant quatre pieds, marche sur la poitrine, ni de ce qui a plusieurs pieds, ou qui se traîne sur la terre, parce que ces animaux sont abominables.

43. Prenez garde de ne pas souiller vos âmes, et ne touchez aucune de ces choses, de peur que vous ne soyiez impurs.

44. Car je suis le Seigneur votre Dieu; soyez saints, parce que je suis saint. Ne souillez point vos âmes par l'attachement d'aucuns des reptiles qui se remuent sur la terre.

45. Car je suis le Seigneur qui vous ai tirés du pays

Egypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.

46. Ista est lex animalium ac volvorum, et omnis anima viventis, que movetur in aquâ, et reptat in terra;

47. Ut differentias noveritis mundi et immundi, et sciatis quid comedere et quid respire debatis.

COMMENTARIUM.

VERS. 2. — HEC SUNT ANIMALIA QUE COMEDERE DEBETIS, que comedere licet, patet ex Hebr., Chald., Septuag.

Quares, cur hanc ciborum observantiam, et animalium mundorum ab immundi discretionem sanxit et precepit hic Deus.

Respondeo: Prima causa fuit, ut in his populus iste rudis haberet continuum exercitum, tum temperantie, tum obedientie, tum religiositatem et latrū, mundis descendit, immundi abstinenti ob honorem et reverentiam Dei ita jubens, itaque semper Deum coleret: nam, ut ait Tertull. l. de Cibis judaicis c. 4: Multa à Iudeis ciborum genera subtata sunt, non, illa dannatur, sed ut isti coherenter servirūt uti Deo; quia ad hoc assumptos frugalia decebat, et gaudet temperantia, que semper religione deprehendunt esse vicina, inquit, ut ita dixerint, consanguinea potius atque cognata; sanctificati enim initium luxuria est. Secunda, ut corporali munditi populus iste assueceret, ab immunitatis idololatria et immundi eorum sacrificiis epulisque longius avocaretur. Tertia, ut per haec ad munditium mentis excitatus assureret, et Christo ex nascitu purissimum se compararet. Quarta, quia haec immunda tropologie vitiorum, à quibus cavere debemus, erant symbola. Hanc causam Eleazarus pentitit deductus legatis Ptolomei Philadelphi, potens sibi mitti 72 interpres, qui sacram Scripturam ex Hebreo in Graecum converterent, ut dixi cap. 27. Hanc causam passim quoque Patres assignant, ut Tertullian. vel potius Novationis lib. de Cibis iudeis, quem ipsi adhuc catholicis existens scripsit, in qua fusé et minutum animalia hic vetita, per vitia eis significata explicat; afferant ejus verbo v. 30. Clemens Alexand. l. 2 Pædag. 10; Cyrill. lib. 9 contra Julian. ante finem; Origin. hic homil. 7; Euseb. lib. 8 de Praepar. Evang. c. 3, et S. Aug. lib. contra Admantum cap. 45. Cum enim Admantus, utpote Manicheus, oppugnaret vetus Testamentum, tanquam à Deo malo datum, ac nominatio hanc abstinentiam legem argueret ex illo Matth. 15: Quod intrat in os non coquinatur hominem, respondet S. Aug. hos cibos Iudeis non fuisse vetilos, quid per se mentem coquinarent, sed haec de eis præcepta populo carnali fuisse posita, ad significacionem humanorum morum, et ut futuram disciplinam spiritualium populi christiani prophetarent. Hinc etiam, ut nota sit. Cyril. lib. 14 de Adoratione, quodam hinc vetantur quis comedti non solit, quicunque omnes naturaliter respiciunt et abhorremus, ut stellio, mustela, etc. Porro hec omnia appositi ad naturam sancta et discreta sunt, nam animalia hinc immunda censentur, edique vetantur, que natura sua vel sunt vene-

de l'Egypte, pour être votre Dieu. Vous serez donc saints, parce que je suis saint.

46. C'est là la loi pour les bêtes, pour les oiseaux, et pour tout animal vivant qui se renoue dans l'eau, ou qui rampe sur la terre;

47. Afin que vous connaissiez la différence de ce qui est pur ou impur, et que vous sachiez ce que vous devez manger ou rejeter.

COMMENTARIUM.

nosa, ut sint omnia reptilia, que semper humi repunt, itaque ex terra humiditatē viscosam, fastidam et noctiam imbibunt, canique in cute demonstrant: vel que immundi cibis vescuntur, ut porci et upupe, quis inter stereora vivunt; et ciconiae, quis serpentes comedunt: sic et vespertilioes, noctuus, lucipes, que omnia immundi aluntur alimentis: vel que dis temperate sunt complexions, ut pisces hic vetuti, qui omnes mali sunt nutrimenti; vel que fera sunt et rapaces, uti gryphes, milvi, vultures. Sic Pythagoras suis interdictis ne faba vescerentur, eo quid cibus magnam habeat inflationem, idemque stomachum ac caput distendat, et tranquillitatem mentis interturbet, ait Cicero l. 4 de Divin.

Hac ergo immunitia horum animalium duplex est, puta formalis iam dicta, quâ ipsa animalia in se alijs mundi et distemperati continent; altera causalis, quâ immunitiam similem causant in homine, quia cum in se sint male complexions, malique et noctis alimenta; hinc si comedantur, in homine intemperiem humorum generant, morbos creant, inquit aliquando encant.

Potissima tamen causa fuit symbolica, ut nimis hinc animalia immunda significant immunitiam peccatorum et vitiorum, quorum ipsa appositi sunt symbola, uti dixi.

Nota. Haec animalium immunitia erat corporalis et legalis, que animalia non inquinabat (nisi quis per inobedientiam, sciens contra legem ea comedisset) sed tantum arcebat Iudeos a ministracione et oblatione sacrificiorum, atque ab introitu Sanctuariorum: ab his enim abstineret, qui cibos hic vetitos etiam in secessu comedisset, donec se expiasset, perinde ac perire arcebat leprosus à convictu hominum, totiscastris.

VERS. 3. — OMNE QUOD HABET DIVISAM UNGULAM, ET RUMINAT IN PECORIBUS, COMEDETIS. Ut ergo animal sit mundum, quo vesci literetur Iudeis, debebat habere hec duo: Primò, ungulam, canique divisam et bisulcam; nam que nos habemus ungulam, nimis humida sunt complexions: que habent ungulam, sed eam non habent fissam, uti sunt equi, asini, cameli, nimis siccii et duri sunt temperamenti et alimenti, nec corpori humano nutritio convenient: quis vero ungulam habent, canique dividunt, uti oves, boves, capra, homini aliendo congruent, quia temperate sunt complexions, idemque munda censentur. Ita Abul. Secundò, debebat ruminare, nam que ruminant, melioris sunt digestio, idemque et melioris sunt complexions; quid si alterum horum desit, putat si animal non habeat ungulam fissam, aut non ruminet, censetur im-

mundum. Unde immundorum exempla subiicit, camelum, leporem, suen, etc.

Tropologicè, remanunt sancta animalia, puta viri sancti, qui verbum Dei quod auro perplum, in ventrem memorie recordant, hocque sapientia quasi ad oscordis revocantes, frequenti retractatione communiantur. Ita S. Greg. in cap. 7 Cant. S. Cyrilus vero lib. 9 contra Julian. docet ruminare esse prudentia symbolum. Pedem dividunt, qui in actione bonum à malo secessunt. Utrumque ergo requiritur ad munditiam et sanctitatem, videlicet et ruminare verba Dei, et ea opere explore. Ita Radulph., Ischyrus, Euseb. lib. 8 de Prep. cap. 5; Cyril. I. 44 de Adoratione, qui et addit aliam tropologiam: bisidus, sit, unguis perspicua figura est, quā significatur posse nos in utramque partem recte incedere, videlicet quod nos et quod alios.

Ruminare ergo symbolum est prudentia: prudens enim est cogitabundus, et singula mente ruminans, videt quid in quāre re expediat, quomodo Deo et hominibus, etiam impīs satisfaciat.

Narrat Plutarch. in Laco. de Acerolo viro prudente, quod parentibus postulantibus ejus operam in re iusta, negavit, cūque ilū urgente, dixerit: *Vos me educatis ad justitiam, patriciae legibus tradidistis, conobor ergo his potius quam vobis obsequi, at quoniam vultus me optima agere, optimum autem est cum privato, tam multò magis principi, id quod est justum, uagam quæ vultus, que vero dicitis detrectabo.* Ita prudenter et suaviter rem illicitam negavit, simulque intentioni et voluntati parentum satisfecit. Ruminatio enim mille modos et media ad quidvis, ac presertim ad oīa decimanda, et gratiam hominum conciliandam, suggerit. Idem narrat, quod Aristo audiens Clemenciam dictum, quo rogatus, quod esset regis boni officium? dixerat: Amicis bene, inimicis male facere; illud rūmīans correxerit dicens: *Quanto, mi homo, rectius erit amicis benefacere; inimicis autem amicos effere?*

In pecunias, in quadrupedibus animalibus.

VERS. 4. — SICUT CAMELUS. Camelus immundus est, quia ungulam habet, sed eam non dividit. Moses, inquit Cyrilus I. 14 de Ador. ponit exempla camelum et leporum, id est, maximum et minimum, ut media inter hec ruminata, vel non dividentia ungulam, immunda et uerita intelligamus.

VERS. 5. — CHEROGRYLLUS. Quod et quale animal est cherogryllus? Primo, Clemens Alexand. lib. 2 Pædag. 10, intelligit hyænam. Secundo, Abulens, Lyran., Cajet., Olear. et ali. recentiores intelligent cuniculum.

Nota. Hebreæ vox *saphan* tria significat: primo, cherogryllus; secundum, leporum; tertio, hericium. Ita ex Philone S. Hieron. in Nominib. hebraicis in Jerem.; *saphan* enim par *v* vel *t* *tecum*, *absconditus* et *latians* significat. Unde *saphan* generale est nomen, et communis multis animalibus fugacibus, et in latibris degentibus: sicut et pleraque alia Hebreæ animalium vocabula multis competunt, uti demonstrat Riberia in c. 5 Zachar. n. 21. Idque patet ex eo, quid idem nomen a varis, puta à Septuag. Chald. et

nostro varic, inā et à nostro altero hinc, alter ibi vertatur: sic *saphan* hic et Deut. 14, 7, noster vertit *cherogryllum*, uti et vertunt Septuag.; alibi vertit *leporum*, ut Proverb. 50, 26; alibi vertit *herinaceum*, ut psal. 105, 48.

Cherogryllus ergo, vel herinaceus est animal magnitudine mediocrius cuniculorum, de cavernis petrarum gregatim procedens, pascens in Palestina juxta mare Mortuum, sit Eucherius liber. de Nomin. Hebraicæ, cap. 12, atque inde forē græcē dictus est cherogryllus à γεράξ, id est, rupe, et γέραξ, id est, porcus, quasi dicas *porcellus rupestris*. Ita ferè et S. Hier., vel quisquis est auctor commentariorum in Proverb. cap. 50; nam hæc comment. non esse S. Hieron. ex eo colligunt, quod hoc ipso loco auctor sit S. Hieronymus. Potius videtur esse Ven. Beda, cui ca attribuit Triethimus. Illi ergo auctor sic ait: *Pro lepusculo antiqua translatio cherogryllum posuit. Est autem hoc animal non magis hericium, habens similitudinem muris et ursi, cuius in Palestina regionibus magna est abundantia, semperque in cavernis petrarum et terra foreis habitat consuevit.* Unde et Origenes hic pro cherogrylio vertit *herinaceum*. Cherogryllus ergo distinctum est animal à cuniculo et hericis, licet id neget Petrus Serranus: *quoniam enim Sept. et noster vocaret cum cherogryllum, tam obscuræ et ignotæ voce, si esset cuniculus vel hericis?* Hæc enim nomina et animalia nobis notissima sunt. Unde et Eucler. ac S. Hier. distinguunt herinaceos sive cherogryllos ab hericis sive echinis, qui spinosus undique habeat aeulos, ut vix contingit possint, quos ad libum excusserit, vel remittunt et contrahunt, itisque posse in se hortis onerant, quæ ad latibula sua deferunt.

VERS. 6. — LEPUS QUOCQUE (immundus est) NAM ET IPSE RUMINAT, SED UNGULAM NON DIVIDIT. Nam lepus non habet ungulam, seu basim pedum osseam et continuum quam dividat, sed loco ejus habet ungues variis et acutis. Sub lepro cuniculus intellige: nam cuniculus est lepus parvus, ut illud Plinius I. 8, 55. Unde VERT. vertunt ξενίον, id est, cuniculus, ita græcē dictus à pilosis et hirsutis pedibus, teste Aristotele lib. 3 Histor. anim. c. 12, et Plinius. Fabulantur Thalmudista Pro Hebreo *arneph*, id est, leporum, substituti *ξενίον*, id est, cuniculum, et quod tuor Ptolomei Philadelphi, qui Septuag. ad versionem Bibliorum evocat, vocaretur *Arneph*: Ne, inquit, dicat: *Irrident me Judei, atque idē scripturam nonne uxoris mea in lege; nimur inaudirent Thalmudista de Ptolomeo filio Lagi, qui fuit pater Philadelphi.* Itaque quo ad Ptolomeum dictum *Lagum*, id est, leporum, referendum erat, ad Philadelphi uxorem retulerunt. Porro *ξενίον*, et leporum et cuniculum significat, magis tamen cuniculum. Unde Aristoteles et Plinius *ξενίον* à γεράξ, id est, leporum, distinguunt; sed, ut divi, sub lepro hic intelligitur ei affinis cuniculus. Clemens Alexand. leporum vetitum putat ob libidinem, cui validè obnoxius est hoc animal. Unde et totus si muli concipiit et parit: hæc etiam de causa leporibus

multis uterque inest sexus. Audi Gesnerus varia ex variis more suo colligentem tomo de Quadrupedibus, in lepro: *Lepus quadrupes hebraicæ arnehet vocatur, voce femini generis, et quod leporum omnes (uti doctissimi plerique testantur) utramque sexum habeant. Archelaus de leporibus scribit utramque vim, et utramque sexum singulis inesse, ac sine mare orque gignere. Quod idem lepus aliquando max aliquando femina est, et natura transmutat, et quandoque velut masculus generet, quandoque velut feminus pariat, manifestum esse Demoritus tradit in Geoponicon 19, 4. Ideoque à Physicis, ati Donatius, lepus dicitur incerti sexis, et esse modo mas, modo femina. De lepro ait Niphus: *Hilnd verum est, quod istas et femina, et ad alterum incubit, et ad alterum succubus; unde traditum venatores, in genere leporum inventri eum, qui est femina tantum; sed multum esse marum qui non sit femina, quod sensibus subiectum: nam inventus est lepus testibus atque mentula prædictus, qui lepusculos ferens in utero, nec non et lepus ferens lepusculos, testibus carens et mentula qua contra adversariorum objectiones dilatio manifestissima est.* Nos vero testamur, vidisse leporum solum marum, et leporum tamen feminam, et leporum utramque sexis, idque apud nostros venatores probatissimum habetur. Hæc Niphus: et iste penitentia verbi *Ælianus*, qui idem se vidisse testatur. Ideo docent Patres, quos citabo vers. 50, in fine, Hæc jure et more Judeorum. Nam gentilibus lepus in deliciis fuit, et mense decus. Audi Malaem lib. 13 Epigram:*

*Inter aves turdus, si quis, me justice, certet,
Inter quadrupedes gloria prima lepus.*

Tropologicè, hisce quatuor animalibus significantur quatuor vita, quatuor virtutibus cardinalibus contraria. Primo, camelus gibbosum symbolum est superbi et superbæ, que prudentia et sapientia est contraria. Vera enim sapientia est humili: è converso camelus gibbosus est et stolidus. Nota est fabula: camelus petebat à Jove, ut cornibus armaretur; cuius ille stolidus precebus irrisit, etiam aures mutilavit, ut non solim incernis, sed etiam deformis de cetero esset. Secundo, lepus timidus significat acediam et pusillanimitatem, que fortitudini et constantie repugnat. Terti, cherogryllus, qui vastat et depascit agros alienos, significat injustitiam, justitiae contrariam. Quartu, sus sordida significat galam et libidinem, que temperant adversarum; horum ne mortis in quiete, Romani enim porcum ob infractionem animi robur, in vexilli preferabant, teste Festo in verbo *porcus*. Quocirca Judei Vitellium iturum contra Arabes deprecati sunt, ne castra et signa effigie porci insignita, per Judæam traduceret, teste Josepho lib. 5 Belli cap. 4. Denique hæc sculptura porci significabat Judeos esse hominum scelestissimos. Nam, ut ait Horus, et ex oīo Pierius Hierogl. I. 9, porcus symbolum est hominum veritatem spernentium, profanorum, perniciosorum, et eorum qui à Deo penitus sunt aversi. Ita Barren, anno Christi 157.

VERS. 7. — ET SES (immundus est), QVI CUM UNGULAM DIVIDAT, NON REMINAT. Per seum porcum accipe, tam marem quam feminam: hoc enim est Hebreum *chastr*; omnis enim porcina caro vetita fuit Iudeis, unde etiam omnem porcinam abstinent Judæi. Pari modo sus apud Priscianum et Latinos communis est generis, et tam porcum quam porcan significat; hinc illud Virg. 5 Georg.:

Ipse ruit, deutesque Sabellius excutii sus.

Ridiculè nonnulli apud S. Polycarpum epist. ad Philippos. suis cūsum hic veteri putarunt, et quod sus

cum comedit ita vorat, ut non agnoscat dominum suum, quodque cūm escrit grāmitum edat ad dominum: *hæc enim est natura et naturalis musica suis.* Veriore causam dat Cicero l. 2 de Naturā deorum: *Sus, ait, quid habet præter escam? cui quidem ne putesceret, omniam pro sale datum esse, dicit Chrysippus.* Hinc sanctus ille Abbas in Vitis Patr. l. 6, c. 1, n. 8: *Sicut, ait, oculi porci semper intendant in terram, ita anima delicia in voluptatum et luxurie cœcum, vis protest respicere ad cœcum, aut sapere aliqd dignum Deo.* Porro errat Plutarch. lib. 5 Sympos. qu. 5, ubi docet Iudeos alstingere suillâ ex reverentia; eos enim suum reveri, et quod sus fuerit sationis et arationis magister, preserit in Ægypto; sus enim rostro terram effodiens, vestigium arationis impressit, et vomeris opus submonstravit. Similiter errat, dum sit Iudeos abstineat leporum, eo quod *armidatione Ægyptiorum* duci, velocitatem leporum divisa reputat, teneque sensus instrumentorum subtilitatem. Nam leporum oculi sunt indecessi, ut eis aperte nō dormiant. Celeritate autem videtur extensus anter: *cojus admiratione ducit Ægypti in suis sacris literis, picto lepore auditum significant.* Probabilior causa est quam subdit: *Sinillam abominantur Judæi, quod abhorrent à vivisque et lepræ; quas putant eis harum carnium adscisci.*

Alii porcum immundum, putarunt ex eo quod terram suffodiat, itaque semina et messem subvertat, quā de causa Romani immolabant porcum Cereri mense aprilis, cum lampadibus et tediis accensis in vestibus albis. Audi Ovidium:

Prima putat

*Hostia sus meruisse mori, quia semina pando
Eruerit rostro, spemque intercepit anni.*

Et alibi:

*Prima Ceres gravida garvia est sanguine porce,
Uta suas merita cede nocteis opes.*

Denique Adrianus imper. ut Iudeos suā urbe abigeret, porcum insculpsit Hierosolymæ, canique ex suo nomine *Ælianum* nuncupavit. Audi Euseb. in Chron.: *Ælia ab Ælio Adriano condita, et in fronte ejus portae quid Bethlehem egreditur, sui sculptus in marmore, siquicunq; Romane potestat subjaceat Judæos;* ut hoc simulacrum quasi titulus significaret Judeos propriā civitate, patriisque solo esse interdictos, ac Jerusalem jam non esse iudaicam, sed gentiliam et romanam: Romani enim porcum ob infractionem animi robur, in vexilli preferabant, teste Festo in verbo *porcus*. Quocirca Judei Vitellium iturum contra Arabes deprecati sunt, ne castra et signa effigie porci insignita, per Judæam traduceret, teste Josepho lib. 5 Belli cap. 4. Denique hæc sculptura porci significabat Judeos esse hominum scelestissimos. Nam, ut ait Horus, et ex oīo Pierius Hierogl. I. 9, porcus symbolum est hominum veritatem spernentium, profanorum, perniciosorum, et eorum qui à Deo penitus sunt aversi. Ita Barren, anno Christi 157.

VERS. 8. — HORUM CAENIUS NON VESCEMINI, NEG CADAVERA CONTINGETIS. Unde nec adipem corum exi-

merere eave uti poterant : scobs erat de animalibus mundis ; illa enim mactare, et mortata tangere, ex iisque adiemp eximere, eoque uti licet, nisi essent morticina sponte mortua, vel diu occisa, vel laniata a bestia : tunc enim etiam haec immunda erant et vetita.

VERS. 9. — OMNE QUOD HABET PINNULAS ET SQUAMAS IN MARI, QUAM IN FLUMINIBUS ET STAGNIS, COMEDENTIS. Pro pinnulas, Biblia regia legit *pennulas*; unde et Septuag. vertunt *τρίπυζα*, id est, *alas*: Tertull. I. de Cibis iudicatis legit *remigia*; omnia haec cōdem recipiunt: pisces enim qui pinnulas habent, eas gestant quasi pennulas et alas, ut sis natent et librent se in aqua, sicut aves in aere. Ut ergo pisces sint mundi quibus vesci licet, duo debent habere: primum, pinnulas; secundū, squamas, que totum penē corpus contegant: quid si alterutrum desit, immundi censemur; pisces enim carent pinnulis vel squamis, ut anguille, nimis humidi, viscosi, et insalubres sunt: squamas enim et pinnulae siccitatis sunt indices. Unde caro taurini densior, aliorum et senior est: idēque tales mundi censentur; pisces enim humiditate abundant, eaque faciliter nocent stomachu corpori humano, unde sale conditi vel siccati saniores sunt recentibus.

Tropologicè, squamae gravitatem morum et firmatatem bone conversationis in medio seculi significant; pinnulae significant sensus superbae cogitantes. Pisces namque qui pinnulas habent, saltus dare super aquas solent, ait S. Greg. Squamae ergo habent, qui rigore virtutis muniri, secularis occupationis appetitum non admittunt; pinnulas vero habent, qui subinde secretum contemplationis petunt, et undis secularium curarum supernaturam, quique mentis salutis ad superna condescende sciunt, ut eos amoris summi, quasi liber aeris, aura contingat, ait S. Greg. I. 5 Mor. 6. Radulphus, Beda, Cyrillus I. 9 contra Julian. ante filium, et Tertull. vel potius Novatianus lib. de Cibis iudicatis.

VERS. 10 et 11. — QUIDQUE AUTEM PINNULAS ET SQUAMAS NON HABET, ABOMINABILIS VOBIS EXEGRANDUM ERIT. Quasi dicat: Ab illis abhorribilis et fugientis, quasi à re immunda et festida. Quare peccabant Judaei aliter facientes, non quid animal immundum, sed quid inobedientia mente pollueret, que culpa non expiabatur iustitiae externā: per eam enim tantum immunditia legalis et corporalis eluctatur, sed contritione et penitentiā. Hinc Machabaei dirissima pati ac martyrium gravissimum subire maluerent, quam carne suillam hic veitam comedere, 2 Machab. 7. Hinc etiam S. Petrus caduca ita exhorruit, ut diceret Act. 10, v. 10: *Nusquam manducavi omnem commune et immundum.*

VERS. 13. — ILLEC SUNT QUE DE AVIBUS COMEDERE NON DEBETIS, ET VITANDA SUNT VOBIS: AQUILAM, ET GRYPHEM, ET HALIECTUM. Egit Moses primo de mundis et immundis quadrupedibus, v. 5; secundū, de piscibus, v. 9; tertio, de avibus hinc agit. Haec avium species ex Hebreo aliter et variè vertunt Hebrei; verum

nostro interpreti tum hic, tum Deut. 14, 12, per omnina consentit Chald. et Septuag., excepto eo quod pro *encrotalo* Septuag., substituit *pelicanum*, de quo vers. 18.

Aquila est immunda, quia in alias aves pugnax et rapax est avis. Unde Cicero, audiens in pharsalica pugna fugisse Pompeium, cùm Nonius diceret septem adhuc adesse aquilas, idēque bene sperandum: *Recte*, inquit, *moneres, si adversus graculus esset pugnandum; at iam Caesar est hostis et victor.* Ita Plutarchi, in Ciceronem. Aquila ergo Judaei vetatur, quia, ut sit Isidorus, *qui aquilam, milvum et accipitrem odit, odit raptores et sceleres viventes.* Unde S. Augustinus in psalm. 123, docet aquilam esse symbolum domini: hic enim est predo animalium, qui circuit querens quem devoret. Rursus aquila vocatur Nabuchodonosor, similesque tyranni, ut dicam Deuteronom. 28, v. 49.

Et ceterum. Queres, an et quid sit grypus sive gryphus? Gryphes existere docent è Gracis Herodotus, Pausanias, Cesias, Aliani: è Latinis Meli, Solinus, Apuleius, et alii, ponuntque eos in Scythia Asiana, vel in montibus Riphais. Cesias ait gryphes esse aves quadrupedes lupi magnitudine, cruribus et ungibus leoninis, penitus in pectore rubris, in collo caroleis, in reliquo corpore nigris, oculis igneis. Addit Leonicenus, quo similem esse avem. Volaterranus, vulu non multum ab humano distare. Abulensis hic, et Joannes de Montevilla siunt, gryphem antrosum aquile specie pra se ferre, leonis retrorsum; magnitudine aquari octo leonibus, tantum esse virium, ut duos boves aut equum cum equite in aera asperget. Hacque vulgo multorum est opinio. Et contrario gryphes non existere, sed esse fabulosos contendit Plinius, qui penē phreneticos vocatos, qui aves tales esse assunt. Item Origenes, qui nimis temerari Mosen reprehendit, quid gryphes manducari Hebreis veterunt. Item Matthias Michonius et Perotus Decembrius in Samaria, Asiana, qui nec ave inveniri in septentrione, nec in montibus Riphais, sit experientia constare.

Dico primum, de fide est gryphes esse, esseque aves, patei ex hoc loco Scriptura: Hebreum enim *peres*, *gryphum* significat, uti vertunt Septuag., Chald. et nostra. *Peres* enim aves significat curvas et ingentes habeantem ungulas (à *paro*, id est, *angula*) uti et rotundum. Talis est ergo gryphus, indequè *gryphus* Gracis et Latinis adunctorum, curvum, ungulatum significat. Inde Antiochus Gryphus, et alii ab adunctorum aquilino naso, dicti sunt *gryphi*. Dico secundū, Gryphes, uti à veteribus jam dictis describuntur, fabulosi sunt: experientia enim constat avem nullam reperiri, qua partim sit avis, partim leo vel equus; hinc et veteres gryphes pingendo, eos jungentibz sphingi: constant autem sphinges esse fabulam. Dico tertio, qui sint gryphes, cerio definiri nequit. Probabilis tamen est sententia Ulyssis Aldrovandi lib. 10, c. 4; et Goropii, Mosen per gryphem hic significare aves, et, ut videtur aquila genus maximum, quod maximè adunctorum habet rostrum et ungues, estque fortissimum et

rapacissimum, cuius magnitudo, robur et rapacitas occasionem fabule veteribus dedisse videntur. Probatur id primò, quia id significat Heb. *peres*. Rursus, quia gryphus hic ponitur post aquilam, anti haliectum; sicut ergo halieetus est species aquile, ita videtur esse et gryphus. Secundū, quia Aristophanes gryphem speciem aquila ponit, vocatque *γρύπετον*, quasi dicas *gryphem aquilam*; sicut *halieetus* vocatur, quasi dicas *aquila marina*. Gryps ergo est grypetos, hoc est, aquila rapacissima, que grypho, id est, maximè adunctorum, est rostro et ungulis. Tertiò, quia Sigismundus Heberstainius legatus Cesarii ad ducem Moscovia, scribit apud Moscos aquilis similis aves, sed multò majores esse; quas Mosci *krenetz* vocant. Quartò, quia aquile quedam in maximam quantitatem excrescent. Narrat Georgius Fabricius anno 1550, inter Misianum et Dresdum Germania oppida, inventum esse aquila nidum per tres querens extensum, in eo vitulorum et ovium coria reperta, et humulum recens allatum. Pullus unus habebat alas septem, unguis longas, cùm per transversum erant expansæ, unguis erant digitis viri magni aequales, crura leonis majora. Aldrovandus narrat in *Æthiopia* aquilas esse tam magnas et fortes, ut bovem vel equum integrum pedibus abripiant.

Paulus Venetus scribit se ultra Madagascaram de aye rure dicta frequenter ab incolis audisse, que alas tantas habebat, ut penne duodecim passus longe essent; ipsa autem tam fortes, ut elephante elevet et asportet, atque se putasse quid gryphus esset; sed audisse, quid hipes esset, nec ulli bestie similis: quamquam gryps revera, si avis est et aquila, hipes est.

Tropol. gryphes sunt principes aviarum, injasti et rapaces: *Remota justitia*, ait S. Aug. I. 4 de Civit. cap. 4, *quid sunt regna nisi magna latrocinia? quia latrociniu quid sunt nisi parva regna? hoc malum tantum crescit, ut et loca tenet, sedes constituit, civitates occupet, populos subiuget, et evidenter regni nomes assumui.*

Quod etiam in manufacto confort non dempta cupiditas, sed addita impunitas. Idē eleganter et veraciter Alessandro Magno quidam pirata comprehensus respondit, cùm ab eo interrogaretur, quid sibi, ut mare habent festum? illi liberò voce: *Quid tibi, inquit, ut orbem terrarum?* Sed ego quia exiguo navigio facio, vocor latro; *qua tu magna classe, imperator.* Nero nunquam cuius officium delegavit, nisi hæc adjiceret: *Scis quibus mihi est opus, et hoc agimus, ne quis quid habeat.* Vox predone quam principe dignior. Flavius Vespanianus quoniam rapacissimum quenque promovere solebat, ut mos ditatos condemnaret, vulgo dictus est officiosi suo habere pro spongiis: quid (veluti spongias) et siccos madefaceret, et humentes exprimeret. Ita Suetonius. Battu Dalmata à Tiberio rogatus, cur toties cum suis a Romanis defecisset, eisque tantam cladem intulisset? respondit: *Vos in causā estis, qui ad greges vestros custodiendos, non canes dedistis aut pastores, sed lupos.* Ita Dion in Augusto. C. Caligula, cùm cum Antonia avia moneret, ut quadam secus ageret: *Memento, ait, mihi omnia in omnes fi-*

*cere. Ludovicus XII. Rex Franciæ, dicere solebat ut habent Annales: Plebem et rusticos esse pascua tyrannorum et militum; tyrannos autem et milites esse passeriu diabolorum. Phalaris dicere solebat: *Ego qui expertus sum utrumque, tyrannidi malum subesse quād præesse. Subditus enim aliorum malorum securus, unum tyrannum metuit; tyrannus autem et eos qui foris insidiabantur, et illos per quos servatur.**

HALLISETUM. Græci *λαίτετον* idem est quid aquila marina, à mari et piscatoribus sic appellata; *λέων* enim est mare, et *λέων* est pisor; *λέων* verò est aquila; de qua Plinius I. 10, c. 5: *Halieetus, ait, est species aquile clarissimā oculorum acie, librans ex alto seze, visuque in mari pisce præcepis in eum ruens, et discussus pectori aquis rapiens.*

VERS. 14. — JUXTA GENUS SUUM, juxta species suas, per species suas; multæ enim sunt vulturum et militum vorum species.

VERS. 15. — IN SIMILITUDINEM SUAM, id est, secundum similitudinem suam, q. d.: Omnes aves similes corvo, vel corvinas quasi immundas habeo et censem, edique voto. Id patetibz v. 49.

VERS. 16. — LARVM. Larus sive gavia, ut eam vocat Aristotel., natat in aquis, et volat in aere, ait Isych., piscinque est predo. Ita Oppianus lib. de Auecupi, puta in Iuxetics, id est, in viscontia, sive in arte capiendo aves visco. Unde proverbium, *larus hians, pro rapace et furace.* Hinc et orta est fabula, latos olim fuisse homines, qui primi venationem et prædam marinam exercerent: deinde à diis in aves mutatos, juxta urbes et portus volantibus, veteris etiamnum artis et prædationis meminisse. Ita Oppianus. Larus quoque est symbolum gulae, unde Alcicius in emblemate gula, gulosum ita depingit:

*Gurgulione gruis, tumidā vir pingitur alvo,
Qui larum aut manibus gestet onocrotalum.*

Verbi Juvenalis Sat. 4:

Sunt quibus in solo vivendi causa palato est.

Et Socrates: *Ahi, ait, vivent ut comedunt; ego comedo ut vivam.* Et Seneca 10 Rhetor: *Quidquid, ait, avum volunt, quidquid pescium natat, quidquid ferarum discutrit, nostris sepoltur ventribus: quare nunc cur subito moriorum? quis mortibus vivimus.* Audi S. Hier. contra Jovin. et in epist.: *Semper saturatim juncta est lascivia: vicina sunt ventus et genitalia, pro membrorum ordine est et ordo vitorum.* Et rursus: *Cor habet in ventre gulosus, lascivus in libidine, cupidus in luco.* Et rursus: *Hippocrates in Aphorismis docet crassa et obesa corpora, que crescendi mensuram impleverunt, nisi citio ablutione sanguinis minuantur, in paralyticis et pessimi morborum genera erumpere.* Non enim in uno statu manere naturam corporum, sed aut crescere aut decrescere; non posse vivere aliis, nisi crescendi capaz sit. Et Galenus ait, quoniam vita et ars sagina est, nec vivere posse diu, nec sanos esse, animasque ita nimio sanguine et adipibus, quasi tuto involutas nitid tenuis, nihil coaleste, sed semper de carnibus eructare, et ventris ingluviem cogitare. Hugo

Victorin. tr. de Claustro anime: *Superstitiosum nimis, aut, quidam in suis preparandis cibis adhibent studium, infinita decotionum, frizuriarum et condimentorum genera excogitantes; modo molia, modo dura, modo frigida, modo calida, modo cocta, modo asca, modo piperata, modo alio, modo cymino condita, secundum consuetudinem praeagnitum mulierem desiderantes: ita ut eis desudent concurvum artes, questiones, et sollicitudo. Iste videntur colere ventrem tanquam Deum.* Et rursus: *Solent Diis tempora construi, altaria erigi, ministri ad servandum ordinari, immolari pecudes, thure concremari; ita Deo ventri templum est coquina, altare mensa, ministri coqui, immolatae pecudes coctae carnes, fumus incensorum, ordo separorum.* Audi et D. Alanus tr. de Complacuit nature: *Hæc, ait, pestilenta non vulgari humilitate contenta, profundi se porrigit in prelatos, qui salmones, lucios, catervosque pisces variis decotionum cruciatus martyris, baptismi adulterantes officium sacro piperis fonte baptizant, ut ex tali baptisme multiformes seporis gratiam consequantur. In eisdem mensa terrestre animal piperis inundatione submergiuntur: pisces natu in piper, quis ejusdem visco cocitate liquat; dumque tot animalium genera uno ventris ergastulatur in carcere, aquatile animal secum pedeste aerumne genus in eodem sepolro intumulari miratur: quibus si detur libenter excedere, egressis ex portis sufficiet ampliatio.*

Ailus: *Est calcicun remex, et navia symposiorum.*

VERS. 17. — Irix. Ibis, aegyptia est avis, serpentibus et scorpis infesta, hisce vescens, quae rotidi aduncit salsaginem althibens, per eam partem se perluit, quæ reddi ciborum onera maximè est salubre, quod advenientes Ägyptii cylstere sunt imitati; ibi ergo homines docuit cylstrem. Ita Plinius l. 8, c. 27, et Plotarch. dialog. an bestias aliquip rationis insit; meritò ergo ibis ex lege immunda erat avis. Sollitus tradit, ibi ore generare et concipere. Idem de corvo nonnulli putarunt et putant. Sed hæc est fabella, quam validè refutat Aristoteles lib. 5 de Generat. animal. 6; unde enim senes ex ore in matrem permearet? deberet enim prius transire stomachum: ibi autem concoqueretur. Fabula inde nata est, quod corvi rari videantur uti venere, sed sapienti restriji.

VERS. 18. — ONOCRATUM. Sept. vertunt *pelecanum*. Fortè eamēdē intelligent aveni. Nam et Oppianus in Ixeutico onocratum vocat cumendem quem pelicanum; et Gesnerus l. de Avibus, in onocratalo, speciem onocratali racenset pelicanum congenerem: quin et S. Hieronymus Psal. 101, 7, cum Septag. Hebr. *haa* pelicanum verit, et in comment. ejusdem loci, asserit pelicanum vocari onocratum. Porro onocratalo dicitur ab *éos*, id est, *asinus*, et *xp̄calo*, id est, *crepitaculum*, cō quid absonta voce crepitante rudentem asinum referat. Dicitur a nonnullis *gutturosa*, ab ingluvie, que in gutture ejus, insta struma proponet, atque a nonnullis tanta est, ut quinque libres vivos pisces vorent sorpū uno; imò ex Francisco Sancto narrat Aldrovandus. Ornith. lib. 19, c. 2, in onocratalo quodam, cum pra gravedine coidisset, et caput esset, parvulum duerum Äthiopem inventum

esse. Hebraice vocatur *haa*, à vomitu, tum quia aquam quam ingluvie illa continet, revomit, ut prædam ex ea seligat et comedat, teste Plinius l. 10, c. 47; tum quia conchas devoratas, et calore gurgulionis, vel stomachi sui, apertas revomit, ut ex eis carnem ab ostreis seligat et devoret. Merito ergo haec Judeis immunda fuit avis: quin et Christiani eā abstinent, quia carnem herodii dicunt ait, quasi *tischa*, id est, palustrem (*tis*: on im est palus); in paludibus autem versatur ciconia ibique ranas et serpentes depascitur. Tertiū, quia Ps. 105 herodus vocatur dux avium, sollicit cicerum; talis autem est ciconia; nam facit aquile et falcones supererunt ciconiam, tamen eorum nidi (de quibus agit Psal. 105), et hominibus, et avibus aliis inognitis.

PORPHYROXEN. Porphyrio avis est in capite habens veluti cristam, magnitudine par gallinæ, sed crura ei longiora; à colore nomen venatur, rostrum enim habet rubicundum, uti et crura. Hinc grecè dicunt porphyrio, id est, purpureus. Ita Oppianus in Ixeutico, Gesnerus et Aldrovandus. Raphæn piscum initiat, ait Procopius, et solo morsu bibit, omnem cibum aqua subinde tingens, deinde pede ad rostrum velut manu affers, Ita Plinius l. 10, 46; et Aristot. 1. Histor. animal. c. 6. Addit ex Polemone Aldrovandus, porphyriōnem indecīlē esse, nec unquam mansucessere, et ex Älianio ac Callimacho, cum nullus aspectum pati dum comedit; itaque secundē et in occulto comedere. His de causis immundus habitat est. Aliā tamē ex parte mirè ejus pudicitia laudatur. Refert ex Polemone Athenaeus lib. 9 de Cenis sapientum. cap. 12, porphyriōnem in dominibus nutritum, mulierum pudicitia esse custodem, earumque adulterium sagacissimè deprehensum, suo suspedio et noce indicare ac prodere. Sed quomodo per se avis laqueo se suspendat? Quare rectius per abstinentiam à cibo, et per inediām se necando, cum id facero dixit Polemon, et ex eo Aldrovandus, qui et ex Tzette addit, eum tam cibis pudicum, ut viso scito expiret.

VERS. 19. — HERODONIUM. Hujus avis Aristot., Plinius, Oppianus et alii non meminerunt: quis ergo est herodus vel herodion? Primo, S. Augustinus in Psal. 101, 18, intelligit fulicam. Secundo, Albertus Magnus tract. de Avibus, putat esse aquila speciem nobilissimam, que chrysactos et stellaris diciunt, quasi herodus sit heros, id est, rex et dux, avium, uti vocatur Psal. 105, 18. Tertiū, Radulphus, Lyranus, Gesnerus et ali multi, putant herodium esse falconem, adeoque præstantissimam ejus speciem, quo hierofalco, vulgo *girfato*, dicunt. Unde et S. Hieron. Psal. 105 dicit herodium aquilas vincere, eisque dominari: ita et Glossa ibidem. Quartū, Theod. Gaza in lib. 9 Aristot. de Hist. anim. c. 4 et 18, et alii censem esse ardeam. Eadem enim quae ibi Aristoteles de herodio, Plinius scribit de ardeâ, lib. 10, c. 60. Quinto, probabilis videtur herodium esse ciconiam. Ita Suidas, R. David, et passim Hebraei. Probatur primò, nam herodius he-

braice vocatur *chasida*, à pietate: *chesed* enim est pietas, ciconia autem pietas in parentes ubique celebratur.

Dices: *Chasida* significat etiam *mitrum*. Respondeo: Milvis vocatur *chasida* per antiphrasin, quasi minime plus, sed rapax et vorax. Secundò, quia Suidas herodii dicit ait, quasi *tischa*, id est, palustrem (*tis*: on im est palus); in paludibus autem versatur ciconia ibique ranas et serpentes depascitur. Tertiū, quia Ps. 105 herodus vocatur dux avium, sollicit cicerum; talis autem est ciconia; nam facit aquile et falcones supererunt ciconiam, tamen eorum nidi (de quibus agit Psal. 105), et hominibus, et avibus aliis inognitis.

CHARADRIUS. Charadrius dicitur acharadris, id est, prærupsis et cavernosis riparum locis, in quibus degit. Ita Aristot. lib. 9 Hist. animal. cap. 41. Avis haec est stupida quæ mures venatur, noctisca est amica in star noctua. Unde proverbium *Charadrius imitans*, de eo qui latet et lucem fugit; hinc immunda Hebreis est habita, quin et Aristoteles eam vocat pravam avem.

Nota. Viginī avium species hæc quasi immundas nominantur, et comedunt vetanit; quia omnes fore sunt rapaces; quadam etiam quia lucifuge sunt et nocturni, uti hubo, charadrius, vespertilio; quadam quia amphibia sunt, ut larus et mergulus; quadam quia sordida, ut upupa, ibis, noctua; quadam quia bestia potius sunt quam aves, ut struthio; quadam quia melancholice sunt, ut herodus sive ciconia; multe etiam ingluviosae sunt, unde longore sunt collo, cibumque de profundō aquarum limo exquirunt et expescunt; quadam denique quia intertempore sunt nimis calida, ut corvus et cygnus, cujus pluma licet alba sint et molles, caro tamen est dura, nervosa et nigra: unde et excrementa habet albiors. Aves enim calida summa flagra per album steriles ejiciunt; bilen vero retinet. Contrariantur faciunt ea que frigida sunt. Ex quibus patet has aves parum esuri esse aptas, mortuæque ex lege censerit immunda.

Tropolog. Radulphus: Viginī haæc aves, inquit, non tantum vittæ potentium, et corum qui sublimis habent spiritus. Primò, aquila nota potentium superbiam. Unde Ezech. 17, 7, Nabuchodonosor comparatur aquile grandi magnarum alarum. Secundò, griffes significant potentiam crudelitatem. Tertiū, halæetus, qui non est tantus viribus, sed tamen præsto, significat violentos in pauperes. Quartū, milvus significat potentiam insidias. Quinto, vultur casta et cadavera assectans, significat eos qui quasi vultures principum et aularum sunt asseclæ, ad hoc ut eorum ope alios expolient, quos Alphonse re Aragonum sollicit vocare Harpyas sub sue. Sic et Seneca epist. 90: *Qui, inquit, amico agro assidet hereditatis causâ, vulture est, cadavera expectat.* Rursus vultures sunt voraces et gulosi. Nam, ut scribit Epiphanius in Physiol.: *Vultur cunctis avibus voracior est: quadragnitia enim diebus cibo abstinet, quem cim inventi, totidem cose ex illo liberè ingurgitat; itaque quadragenarium*

abstinentiam quadragenariâ ingluwie compensat. Vultus ergo sunt, qui post jejunium quadragesima à paschate ad pentecosten se infasciunt et ingurgitant. Sextò, corvi sunt, qui mortibus pascuntur alienis. Septimò, struthio, qui herodius similis est pennis, sed non volatu, Job 39, v. 16, notat hypocritas, qui sub religionis specie alii nocent. Qui inuitus est Nero, foris Cato, inquit S. Hieronymus, monstrum est simile illi poetico:

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimara.
Tales sunt,
Qui Curios simulant, et bacchanalia ebunt.

Diogenes apud Laert. l. 6, c. 2, cuidat sibi placenti, quid leonis exuvio testus ingrederetr: *Non tu desines, inquit, virtutis strugula pudificare?* indecorum enim esse censuit, quid homo mollis Herculis amictum sibi vindicaret. Alexander nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quid austernam vitam ageret: *Foris, ait, Antipater albus est, intus vero totus est purpureus, notans factam illius parcimoniam, cum esset aliquip ambitiosissimum. Ita Plutarch. in Apophth. Reg. Achilles apud Homerum Iliad. 1, sic ait :*

*Is milii iuxta invitus, ut atri timina Ditis,
Qui verbis aliud prodiit quād mente volunt.*

Trojanus equus à Græcis concinnatus Trojanos fellit, quia Minerva formam menditus est, inquebat Diogenes: ita facit et hypocrita.

Qui museum redolentem circumferunt, iis anima fetet: sic et hypocrita qui plurimam pietatis specimen exhibent, intus fedissimè sordent. Recitè ergo comparantur struthioni. Nam, ut ait S. Gregor. 7 Mor. 1: *Struthio volandi speciem habet, sed usum volandi non habet: sic hypocrista cunctis intentibus imaginem de se sanctitatis insinuat, sed tenere viam sanctitatis ignorat.*

Octavò, noctua noctu acutum cernens notat sapientes in malo. Unde S. Ambros. serm. in Malachiam. Proph. in fine tom. 2: *Nolo, ait, te imitatorem esse noctue, qua fieret per noctem viglet, per diem tamen pigræ vel caca est, qua grandibus oculis tenebrarum cætigines diligit, splendorem solis horrescit, illuminat obscurebit, luce cœatur.* Ita animal hareticorum figura est atque gentilium, qui tenebras amplectuntur diabolos, lucem Salvatoris horrescant, et grandibus disputationis oculi cernunt vanam, non respiciunt semperna. De his ait Dominus Ps. 113: *Oculos habent, sunt enim acuti ad superstitionis, habebat ad divina.*

Nonò, larus amphibius significat milites, qui in terra quasi aridi et calibus, utipote uxore parentes, vagi tamen luxuriae aquis et fluxu voluntur. Decimò, accipiter rapax, qui ubi manusfactus est, possessoribus ad preadas et rapinas servit, significat famulos ad dominorum nutum pauperes depravantes. Undecimò, hubo significat eos qui fodisim sceleribus opflet, lucem et homines fugiunt. Duodecimò, mergulus significat eos qui voluntatibus carnis absor-

bentur. Decimò tertio, ibis significat eos qui in se, id est, corpora et animas suas, iniqui et crudelis sunt. Decimò quartò, cygnus significat eos qui de solis vestibus et terrena affluentia gloriantur. Decimò quinto, onocrotalus significat avaritiam inexplorabilem. Decimò sexto, porphyrio significat contumaces, qui nihil nisi tinctum aqua propria voluntatis et delectationis suscipiant. Decimò septimo, ciconia significat stoliditatem ad capienda coelestia. Decimò octavo, charadrius avis garrula significat loquacitatem. Decimò nono, upupa gerutum in canto inter stercore similans, significat tristitudinem seculi; in hanc enim, atque in sorde et dolores, seculi deliciae et latitia desinunt. Vigesimò, vesperilio significat secularem scientiam, sola naturalia et terrena sapientem. Ita Radulph. et S. Thomas. 1-2, q. 102, a. 6, ad 1.

JUXTA GENUS SUUM, iuxta speciem suam, quasi dicat: Omnes species harum avium velo; sunt enim multæ accipitrum species, sicut et aliarum avium; Sept. vertum et his similis; Hebr. enim min, etiam similitudinem significat, et ita veritatem nro v. 45; una enim, verbi gratia, accipitrum species atri specie accipitrum similis est.

VERS. 20. — OMNE DE VOLUCRIBUS QUOD GRADITUR SUPER QUATUOR PEDES, ABOVINABILE ERIT VOBIS, quia quatuor pedes signum sunt, illud non tam esse volumen quam in terreste animal degenerare: ideoque illud immundus haberi volo.

VERS. 21. — HABET LONGIORA RETRO CRURA PER QUE SALTI. Quia tale non omnino terreum est, sed ignei aliquid se habere, per saltum ostendit. Unde mundum censori volo.

Tropol. hic sunt sancti, qui in carne et pompa seculari constituti, non secundum illam militant, sed à seculi sordibus resiliunt, et in aternitatem cogitationem et desiderium exsultum. Ita Isych. et Radulph.

VERS. 22. — UT EST BRUCHUS IN GENERE SUO (hæc munda sunt quia saluti) ET ATTACUS, ATQUE OPHIOMACHUS, AC LOCUSTA. Probabilis est hoc quatuor esse locustarum species, ut Rabbi et Catholici plerique consentiunt; Abulensi ita distinguit, ut locustam dicat esse et dici bruchum, quando nascitur; attacum, cum incipit habere alas; locustum, cum jam omnino perfecta est. Hinc etiam ophiomachus non est cicinus, aut pelicanus, vel avis alia, cum hæc dicatur esse quadrupes, sed est certa locustarum species, uti sunt precedentes. Ille enim significare videtur vox hebreæ. *hargol.* Ita Vatablus, Oleast. et alii; aliqui lacerta à Græcis vocatur *ophiomachus*, è quod cum serpentibus pugnet; verum lacerta nominatur et veterat v. 30. Porro ophiomachus, esse locuste species, aquæ ac bruchum, et attacum (vel attelabum) disertè asserit Suidas et Isychius in lexicis, ac Aldrovandus lib. de Insectis, c. de Locust. p. 408, qui et addit ex Aristot., Plinio et alio quodam oculato teste, locustas quasdam pugnare cum serpentibus, indeque vocari *ophiomachos*. Sic et Isychius hic, qui et tropolog. addit ophiomachum significare viros strenuos, qui sepes difficultatum transiliunt, mentem attollentes

ad coelestia, pugnantque cum serpente infernali, cogitantes illud Pauli: *Non est nobis collectatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus principes et potestos, et adversus mundi rectores tenebrarum harum, contra spirituadua nequit in celestibus.* Hinc Agyptii, ait Pierius hierogl. 28, per ophiomachum denotabant modestiam, temperiam et continentiam; quippe que virtutes nequitia opposite sunt. Illæ siquidem serpentem oppugnant, dum voluptatem prorepentem terre aliudunt, per meditationem saliendo ad res divinas, easque degustando per affectum et desiderium.

Nota. Locustas comedebunt Judei, uti et multæ aliae gentes, ut *Æthiopes*, Lybi, Parthi, aliae orientales, qui inde *ægypciopæzi*, id est, *locustivores*, sunt dicti, teste Diodoro Siculo lib. 3, c. 5; et Plinio lib. 6, 50; et Hieron. l. 1 contra Jovin. Ita S. Joannes Baptista locustas comedunt. Porro locustas comedebant vel elixas, vel tostas et in pollinæ redactas, inq; etiam sale et fumo duratas in totum annum servabant. Quomodo, et quale homini alimentum sit locusta, docet Hieronym. Mercurialis lib. 2 variorum Lectionum cap. 20, ubi inter alia docet locustas cibum esse siccum qui vitam abreviat, pediculos gignat et morbos crevit.

VERS. 25. — QUIDQUID AUTEM EN VOLUCRIBUS QUATUOR TANTUM HABET PEDES, EXECRABILIS VOBIS ERIT. Pedes intellige æquales, nam si posteriores habet longiores quibus saliat, mundum erit, ut dictum est v. 21.

VERS. 24 et 25. — ET QUICQUIM MORTICINA EORUM TETIGERIT, POLLUETUR, etc., ETSI NECESSE FERIUT, UT PORTET QUICQUAM HORM MORTUEM (verbi gratia, ut illud effere debeat ex urbe aut viâ, ne acrem inficiat) LABIT VESTIMENTA SUA, etc.

VERS. 26. — OMNE ANIMALI QUOD HABET QUIDEM UNGUAM. Est anacephaloës, et repetitio precedentium. Unde subdit: *Qui tetigerit illud, cadaver, vel mortuum illius, ut explicitu v. 24, 25, 27, contaminabitur, nam vivâ animalia immunda, ut equos, camelos, asinos, tangere, illicet inequitate poterant Hebrei.* Ita Vatabl., Abulensi. et alii.

VERS. 27. — QUON AMULAT SUPER MANUS (q. d.: Animal, cuius pedes anteriores sunt quasi manus, ut simia et Ursus) IMMUNDUM ERIT.

Tropologicè, notantur hic hi qui quæstus causa citio manus alii, etiam indigni, imponunt. Ita Isychius.

QUI TETIGERIT MORTICINA EOREM, POLLUETUR USQUE AD VESPERUM. Vespera enim aptissimum est tempus ad discriminandum et obliterandum quasi immunitum.

Vespera tropol. penitentiam significat: *ad vesperam enim demorabit flatus, et ad matutinum levitatem.* Ita Isychius.

Allegoricè, vespera sive solis occasus significat nemem Christi, quia omne peccatum omnissime immunita ablatum est in mundi vespera, id est, in novissima mundi aetate. Ita Abulensi. in cap. 22, quest. 8.

VERS. 29 et 30. — HEC QUOCO INTER POLLUTA REPUTABUNTUR, MUSTELA, ET MUS, ET CROCODILUS, MYGALE, ET CHAMELEON, ET STELLIO, ET LACERTA, ET TALPA. Hic hic veterum Iudaïs, quin gentes nonnullæ, et Barbari hic et similibus vescabantur. Ita Stuckius lib. 2 Convivalium c. 9, docet quid germani milites olim comedenter bombyces fricxos, Itali mustelas, Hispani testudines domiportas; quin et hodiè multi fungos, ostræa et conchyli, etiam cruda comedunt, quæ tamen ex putredine procerari scimus. Veterum ergo hic *Judeus mustela*, quia furax est, et naturam habet muris, videturque esse longus mus; mus autem immundus est, quia terrenus et fetidus.

Tropolog. mus et mustela significant pauperum fraudes, et paperes fraudulentos. Ita Radulph. et Cyril. n. 9 contra Julian.: *Mustela, ait, et mus desigunt timida et minus virilia, obstreproque furum genera.*

Quare Brasidas murem in caricio se deprehensum morsus ab eo dimisit, addens: *Nihil ita est exignum, quod salvum esse non possit, si se tueri, vel vim inferentes ulisci audiat.* Testis est Plutarch. in Lacon.

Crocodilus immundus est, quia amphibius est durus et rapax.

Tropolog. crocodilus latrones publicos significat. Ita Radulph.

VERS. 30. — MYGALE. Est mus araneus, qui muris est magnitudine, mustelinæ specie, ore oblongo, canâ gracili, ut ait Actius. Abundat his insula Britannia; dicitur mygale, quasi *pisi*, id est, *mus; et pisi*, id est, *mustela*; quia ex utroque animali participat et quasi componitur mygale, ex quibus utrumque pariter trahit vitium edicatis et furti. Ita Isychius et Radulph. Demochares forem ab undecim viris abduci videt: *Vah! miser, cur tantula, sit, furatus es, et non potius magna, ut tuto etiam abducisses alios?* indicans a pars furtis debere nos absterripari paritate et vilitate rei, cui tanta conjuncta est infamia; à magnis enim scelus ipsorum et furca suis absterretur. Quiescum est à Socrate cur *ridetur?* respondit: *Video magnos latrones ducentes parvum ad suspendum, qui digniores sunt suspendi.* *Sacrilegia,* ait, *minima puniuntur, sed magna in triumphis feruntur.* Ita Valerius Maximus l. 7. Zeno servum in furore deprehensum cedi jussit, cùmque is se excusat, et diceret, *sibi fuisse in fatis ut faretur:* *Et cadi, ait, in fatis erat.* Ita Laertius l. 7, c. 1.

CHAMELEON. Graecæ *χαμαιλεων* dicitur, quasi *humilis*, sive *parvus leo*; animal est figuræ et magnitudine lacteæ, colorum sepè toto corpore mutans: nam ad colores quos videt conversione facilimè variatur, præterquam ad rubrum et alium. Hinc paremnia: *Chameleone mutabilis*, significans versipellem, inconstitatem, et pro tempore sese vertentem in omnem habitum. Unde

Tropolog. chameleon significat parasitos, qui os et verba omni vento accommodant, ait Radulphus. Ille Greg. Nazian. scribens in Julianum Apostolam, eum comparat chameleoni: sicut enim chameleon, ait, facili variatur, omnesque assumit colores præter canarium; ita et ille ex christiano factus est ethnicus: ineratque ei humanitas, sed inhumana; suadelaque ejus nil aliud erat quam violentia, et immanitas excusatione probitas, ut videatur jure ad violentiam configere, cùm persuadendo nil proficer posset. Rectè Seneca in Proverb.: *Maximum, inquit, indicium malitiae mentis est fluctuatio, et inter simulationem virtutum et amorem vitiorum assidua jactatio.*

Rursum chameleon rostrum habet simile suillo, canâa est prelonga, unguis habet aduncos, motum tardiorum ut testudo, corpus asperum ut crocodilus, ipse celsus hinc semper ore; solus animalium nec cibo, nec pota alitur, nec alio quam aeris alimento, inquit Plinii l. 28, 8; Aristot. l. 2 de Animal. c. 2; Solinus et alii.

Ubi nota primi: Abulensi. in cap. 14 Deut. censet chameleontem propriè non mutare colorem, sed speciem; color enim rei objecte non potest producere in eo colorem, sed sui speciem: itaque chameleontem color, ex se speciem emittere, sed debiliter et tenue; cumdum verò in se suscipere fortioriēm speciem coloris, ex re objecta, eamque reflectere ac si esset speculum, ita ut eius proprius videatur esse color. Verius ali censem chameleontem mutare colorem per contractionem sanguinis et spirituum: unde Aristoteles sit quid inflatus mutet colorem, sicut nos in pudore, metu, vel letitia mutamus colorem; cum enim chameleontem colorum objectum videt, illum ita phantasie sue imprimit, ut per dilatationem vel contractionem sanguinis et spirituum jam dictam, cumdum in corpore suo exprimat. Vide Simonem Portium lib. de Coloribus, qui existat inter opera Aristoteles. Notandum: quod Plinii et alii tradunt, chameleontem sime cibo ex solo aere vivere, absolutè non est verum: nullum enim est animal quod sine cibo ex aere vivat. Unde Theophrastus doctet chameleontem ex rore vivere, et sapè deprehensum esse muscas comedere: atque hinc forte orta est ita vulgi opinio, eum ex aere vivere, scilicet ex eo quod chameleontem cùm sit tarda digestio, diù sine cibo vivat, cùmque eum sumit, tenuem et levem sumat, ut rorē, muscas; etc. Ita Augustinus Niphus, Gesnerus et alii. Pari modo quod de salamandra falso jactatum est, eam in igne vivere, eoque non comburi, inde ortum habuit, quid salamandra propter frigiditatem et crassitudem pellis, non tam citio consumatur igne, quin et eum subiuste sit parvus sit, extinguit.

Hinc symbolice chameleontes sunt qui vento horis et muscas deliciarum se pacant. Domitianus imperator, teste Suetonio, solebat quotidie per horas duas oblectare se captando muscas, ut in proverbiū abierit ne musca quidem, qui ipse solus nec muscam reliquam sinebat. Domitianus totius orbis negotia geris et regis, quid ergo captias muscas? Quam multi Christiani stolidiores sunt Domitianus, qui cùm salutem suam et aeternitatem procurare debeat, quotidie non duabus, sed omnibus horis captant muscas? Ambis opes, muscam ambis. Ambis sponsam divitem et

speciosam, muscam ambis. Ambis vina et delicias, muscas ambis, que carnem, que palatum titillant, non satiant; que brevi in sordes et cadavera verset, factorem et nauseam parient. Ambis prehendam, ambis officium, museum ambis, rem exilie ambis, que brevi à te ad successorem avalabit. Vis honorari, vis praeclere, vis amari, vis coll, museum ambis; quasi chameleons populi anram captas, ventum hauris, vento vivis, vento delicaris. O cras hominum, 6 quantum est in rebus inane! Miseri, ecce mortales, curritis quasi galline sine capite, sine cerebro ad mortales, ad vermes, ad papilonis, ad muscas; curritis ad præhendas, ad dignitatis; curritis ad mensas, ad convitas, ad pocula; curritis ad menses et opes, et non semel cogitatis. Et quid tandem? quo hac omnia? quid post hoc erit? cur hic sum? cur à Deo animam rationalem et immortalē accepit? cur solem excludit? quis suscipio? quis locus, quis status animana meana, post hoc omni brevi finienda, excipiet? ita nunc, adolescentis, salta, latere, inebriare, ventri et veneti indulge; sed scito quod pro his omnibus adducte te Deus in iudicium, quod ibis in domum aternitatis tuae. Vive ergo, non ut chameleons muscis, sed ut leo escis solidis, vive Deo, vive AETERNITATEM: esto aquila: Aquila non capit muscas; noli ambire primas inter graticulas, cum aquila esse possis.

STELLAS. Animal est non dissimile lacertæ, multò tamen minus, tergum habens lobulatibus quibusdam guttis depictum ad modum stellarum; vescitur rore et araneis, morsus ejus hominem semistolidum facit, variegatus afficit; nullum animal stellionis homini fraudulentius invideat: eudem enim quam quotannis exiit, protinus devorat, ut præfatio homini præsentis comitatu morbi remedium. Unde stello significat fraudulentem, et crimen stellionatus vocatur crimen dii et impostura. Ita Plinius, lib. 50, c. 10. Stellionis vox erat illa Lysandri, qui cim colparetur, quod multa per dolum ageret, respondit: *Ubi lenonia pellis non sufficit, ibi assunda est vulpina.* Testis est Plutarch, in Apophth. Numerantur hic sepius reptilia; quia licet omnia reptilia sint immunda, ut patet v. 41, haec tamē p̄r reliquias. — Prater litteralem causam datum v. 29, symbolica est quam assignat Novatian. I. de Cibis iudiciorum c. 5, ubi sī ait: *Quis mustelus corpus cibum faciat?* sed farta reprehendit; *quis lacertam?* sed odit situm incertam varietatem; *quis stellionem?* sed maculas exercatur prodam de aliend morte querentes; *quis cornum?* sed versatua exercatur voluntate; *quis passerem* (ita enim ipse verit quod habent Sept. ἔργον), sed male; constat enim ex Hebreo, Chaldeo etiostro vertendum esse struthionem: nam passer non immundus, sed mundus erat animal, aptumque etiam ad expiationem, ut patet hic c. 15, 5: *Cum eum interdicat, intemperantur coarctati; quando nocturnam, odit lucifugas veritatis; quando cygnum, cervicis altae superbos; quando charadrum, garrulum nimis linguis intemperant; quando vesperiliorum, querentes tenebras noctis simu, et erroris; sic in canclo vitam damnat enervem,*

et criminibus tortuosam; cum suem, vitam reprehendit hominem sum in sola carne ponentem; cum leporum, accusat reformatos in feminam viros. Tradunt enim physici, lepori utrumque inesse sexum, uti et hyæna. Ita et Cyriacus lib. 9 contra Julian., Radulph. et Isychius jam sepius citati. Potest quoque lepus esse symolum usurri; nam, ut ait Plutarch., lepus simul parit et aliud alit, et rursus superficiat: ita fenerator as alienum; prinsquam conceperit, parit. Nam dans mutuum, statim petit frenus, illudque tollens, rursus fenerat quod pro fenero accepit. Peccata ergo et vita bestiarum sunt, hominique quasi in bestiam commutant.

Præclarè Boetus 1. 4 prosit 3: *Quem, ait, transformatum vitii has, hominem astimare non potes; sed fuisse hominem, adhuc ipsa humana corporis relata species ostental.* Avaritía feret alienarum opum violenter exoptat? similes lupi dixeris. Feros atque inquietus, linguam litigii exercet? cani comparabis; insidiator oculis surripuestris fraudibus gaudet? vulpialis exquaguet. Ira intemperans frenit? leonis animum frangere credatur. Pavida ac fugax non metuenda formidat? cerui similis habeatur. Segnis ac stupidus torpet? asinum vivit. Lewis atque inconstans studi permixta? nihil ab avibus differt. Fadis immundisque fibidinibus immixtratur? sorrida suis voluptate definetur. Ita homo proibiti desertū vertitur in bellum.

VERS. 31. — OMNIA HEC (reptilia) IMMUNDA SUNT, non tantum quod esum, sed etiam quod tactum, ita ut ea tangere non liceat, ut patet v. 41 et 45; et c. 5, 2, ubi reptilio aquator morticino, quia venenosa est utrumque.

VERS. 32. — CILICIA. Heb. est snc, id est, saccus, per quem Hebrei significant vestes e pilis duras, quales sunt rusticorum, mendicorum, penitentium.

Is quoquecumque, quo ad opus aliquod utinam.

ET POSTEA MUNDABUNTUR, id est, erunt munda; non enim alia lotoione vel mundatione erat opus, sed adveniente vespera, exprimbat haec legalis immunditia, ut rursus censerentur munda. Patet ex Heb., Chald., Sept.

VERS. 33. — VAS AUTEM FICTILE, IN QOD HORUM QUODQUAM INTRO CEDECERIT, POLLUTUS. Heb. *onne quod est in eo, scilicet vase tali, polluitur, et idcirco frangendum est, quia scilicet certe est; non si. fore lignorum aut metallorum, non esset frangendum, sed abluendum, ut dixit v. præc. Simile audivimus de vase fictili, in quo coquuntur caro sacrificii pro peccato, c. 6, 28.*

VERS. 34. — OMNIS CIBUS, etc. SI FUSA FUERIT SUPER EUM AQUA, IMMUNDUS ERIT. Aqua, intellige immunda, vel fluens ex immundo vase; unde Chald. vertit, aqua quo aliquid horum, puta polluatorum iam dictorum, tetigerit.

Tropol. Aqua immunda mollitatem animi significat; est enim haec aqua cupiditas, quæ inficit filius cui miscet. Sicut ergo tentatio immunda tali aqua madidos molles et languidos necat; sic arditos

et fortes exercet, roboret et coronat. Ita Radulph.

ET OMNE LIQUENS QUOD BIBITUR DE UNIVERSO VASE IMMUNDUM ERIT. Vase, intellige immundo. Nota. Tanum de liquidis dicunt, quid ea polluantur; unde videtur quid sicca, v. g., panis in tali vase immundo positus, non fiterit pollitus: cuius ratio congrua est, quid sicca non tam faciliter sordes recipiunt, ut humida.

VERS. 35. — ET QUIDQUID DE MORTICINI HUJUSMODI CEDECERIT SUPER ILUD (vas) IMMUNDUM ERIT, scilicet illud vas, in quo aliquid de morticinis ceedit.

SIVE CLIBANI, quibus panes coniunior, sive CHYTROPODES, id est, olis habentes pedes, ut sunt dipodes, tripododes, etc., quia fictiles sunt et latei, juxta dicta v. 23.

Tropol. clibanus est patientia martyrum, chytropodes sunt doctores, in quibus cibi sans doctrinæ, supposito igne operationis Spiritus S. coquuntur, quia haec nihil prouidit, nisi omnia immunda declinet. Ita Isychius.

Vers. 36. — FONTES VERO, ET CISTERNE, ET OMNIS AQUAREM CONGREGATIO MUNDA ERIT. Intellige, etiam si quid immundum in ea cecederit: ita statuit Deus ob necessitatem aquarum, quibus carere nequit homo. Eadem ratio est de semine, ut sequitur v. 37, nisi illud esset aqua perfusum; tunc enim, quia humidum, facilius sordes contrahebat, idcirco consebat immundum, dandunque erat bestiis; quia nulla expiations hinc fit mentio.

Tropologicè, fonte et semine significatur doctrina veritatis, que etiam de morticinis, id est, vitis, disputant aut disserens, non polluitur, neque polluit, nisi animam aquream et mollem, quia turpia per consuetudinem attrahit et imbibit. Ita Radulphus.

Vers. 40. — QUI COMEDERIT EX TO (morticino) QUIDQUIAM, SIVE PORTAVIT, intellige nesciens, IMMUNDUS ERIT USQUE AD VESPERAM; dum si sciens comedisset quis, gravitor peccasset, et supplicio fuisse dignus.

Vers. 41. — OMNE QOD REPTAT SUPER TERRAM, ADOMINABILE ERIT, quia terrestre, fœdum et venenosum est.

Tropol. reptilia sunt et reptant, qui coelum et colestia negligunt, qui corpus et mentem per terram trahunt; quorum omnia desideria sunt terrena, quorum mens non est in ethere, sed in aere, quorum deus venter est, aut mammoma, aut ambitio. Similis tropologus est sequentum.

Vers. 42. — QUIDQUID SUPER PECTUS QUADRUPES GRATITUR, (qua pedes habet breves: unde necesse est, ut in motu imitatur ventri et terre, ut serpentes. Tropol. significant gastrimarginia, sive gula deficit; ita Isychius;) ET MULTOS HABET PEDES, ut vermes; SIVE PER HUMUM TRAHITUR, ut sunt reptilia, non comedebitis, quia abominabile est.

Vers. 43. — NOLITE CONTAMINARE ANIMAS VESTRAS,

CAPUT XII.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere filii Israel, et dices ad eos: Mulier, si suspecto semine pepererit masculum, immunda erit

id est, vos ipsos, contrahendo immunditatem legalem per eum animalium hinc vetitorum; quanquam poterant contaminare animam etiam peccato, si scilicet scienter, contra preceptum hoc ea comedissent.

NE TANGATIS QUIDQUAM EORUM, que proxime praecesserunt: alia saltu tangere licet, verbi gratia, camelis insidere poterant, ut dixi v. 26. Ille patet, ex hac lege non licuisse Judæis tangere reptilia, ita ut, si ea scientes tangent, peccarent.

Judei ergo per reptilia contactum, non tantum irrebarant immunditatem legalem, ut vult Abulon, sed et spiritualiter, puta peccatum. Violabant enim hoc preceptum Dei: *Nec tangatis quidquam eorum;* et rursus: *Ne polluti animas vestras in omni reptili.* Jabet enim hic Deus, ea quasi immundissima nec comedunt, nec tangi. Ne, ait, *immundi sitis*, scilicet tam legaliter quam spiritualiter. Ratus est que sequitur.

Vers. 44. — SANCTI, id est, mundi, ESTOTE (sic sanctus pro mundo capitur Deut. 25, 14, ubi dicitur: *Ut sint castra tua sancta, id est, mundi*) qui EGO SANCTUS, id est, mundus, sum, qui decolor immunditatem gentilium in sacrificiis et epulis, de quibus S. Aug. 6 et 7 de Civit., quique volo vos sanctificare meam spiritalem hinc corporali vestra imitari et representare.

Nota. Temperantia et abstinentia à cibis veritis, vacuare hinc sanctitas, id est, puritas, quia cibi veriti contuluntur immundi, polluti et execrabiles, ac comedentes polluire et contaminare, ut sapientis hic inculcat Deus. Audi S. Bern. ser. 22 in Cant: *Ustitution, ait, in Scripturam sanctificationem pro continentia, seu munditatem ponit. Denique, quid ille apud Mosen tam crebre sanctifications alitud erant, quam quadam purificationes hominum temperantiam se à cibo, à potu, à concubitu, hisque similis?* Sed audi apostolum: *Hæc est, ait, voluntas Dei, sanctificatio vestre, ut sciat uniusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, et non in passione desideri. Item: Non enim vocavit nos Deus in immunditatem, sed in sanctificationem. Liquet quid sanctificationem pro temperantia ponit. Notent id heretici, discutantque hinc jejuna et absintiam lege Dei et Ecclesiæ sacratam, vocari et esse sanctitatem.*

NE POLLUTIS ANIMAS VESTRAS IN OMNI REPTILI. Autem hoc et intelligent tropologicè Christiani, ut illi que hunc repudiant, queque in terra sunt bona, non se polluant, sed animam sanctam Deo et celo conservent.

Vers. 45. — EGO ENIM SUM DOMINUS (Heb. *egc sum Jehovah*, scilicet in meipso per essentiam, et *Elohim*, scilicet vobis per providentiam, imperium et gubernationem), qui EDUXI VOS IN TERRA EGYPTI, UT ESSEMI VOBIS IN DEUM, q. d.: Ideo eduxi vos, ut essetis mihi populus separatus ab aliis gentibus, earumque ritibus, et peculiariter cultui meo adductus. Hoc beneficium, quia primum, maximum et fundamentum ceterorum, passim inculcat Deus.

CHAPITRE XII.

- Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit : Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Si une femme ayant usé du mariage, enfante un mâle, elle sera impure pendant sept jours, et elle demeurera sé-